

PARS SECUND<sup>A</sup>  
DE CONTRACTIBVS  
VEL QVASI.

I.

Iuri offerendi aut pacto de retrouen-  
dendo an præscribatur.

Duæ sunt de hac quæstione Furis consultorum opinio-  
nes, quibusdam præscriptioni locum esse affirmantibus, alijs  
contrà id negantibus. Quia verò nec in Collegijs quidem et-  
iam facultatum Iuridicarum & Scabinatum nostrarum di-  
tionum eadem omnium de hac fuit sententia, igitur nobis per  
consiliarios nostros mandantibus, in id deputati nostri conue-  
nerunt, ut secundum eam opinionem, quæ in Camera Imper-  
iali, partim etiam iudicio Curiali seu Prouinciali nostro ob-  
tinet, deinceps & respondeatur & iudicetur, nimirum quod  
neq*u*iuri offerendi neq*u*pacto de retrouendendo, ullo unquam  
tempore, ne centum quidem annorum aut plurimum etiam præ-  
scribatur, sed semper & quandocunq*u*pignus redimi, vel res  
vendita, iuxta legem conuentionis, ubi illa probatur, lui &  
reemi possit.

S U M M A R I A.

1. In Electoratu Saxonie iuri offeren-  
di nullo unquam tempore præ-  
scribitur, ne quidem immemoria-  
li vel centum aut plurimum etiam  
annorum.

2. Emens cum pacto de retrouendendo  
an oblato sibi pretio præcisè re-  
uendere teneatur, an verò præ-  
stanto interesse liberetur.



ONTOVERSA  
admodum est in iure  
quæstio hæc, an iuri  
offerendi siue ex pa-  
cto de retrouenden-  
do siue ex contractu

pignoratio alicui competenti præscribi  
possit, vt appareat ex ijs quæ tradunt  
Franc. Balb. in tract. de præscript. 4. p.  
5. p. princ. quæst. 2. & 3. And. Tiraq.  
in tract. de retract. 2. p. §. 1. gloss. 2. per  
tot. & quos vterçp copiosè ibidem alle-  
M gat.